

os. Et dedi tibi cor sapiens et intelligens
 infantis ut nullus ante te similis tui fue-
 rit nec post te surrecturus sit. **S**ed hec
 que non postulasti dedi tibi diuinas. Et
 gloria ut nemo fuerit similis tui in regi-
 bus cunctis retro diebus. Si autem ambu-
 laueris in uisibus meis et custodieris pre-
 cepta mea et mandata mea sicut ambulauit
 pater tuus. longos faciam dies tuos. Igitur
 euigilauit salomon et intellexit quod esset
 somnium. Cumque uenisset hierusalem. ste-
 tit coram arca federis domini et obtulit holo-
 causta. et fecit uicimas pacificas et gratias
 de conuiuio uniuersis famulis suis. Tunc
 uenerunt due mulieres meretrices ad re-
 gem steteruntque coram eo. Quarum una ait:
 # Obsecro mi domine: ego et mulier hec ha-
 bitabam in domo una et peperit apud eam
 in cubiculo. Tertia autem die postquam ego
 peperit. peperit et hec. Et eram simul. mul-
 lusque alius nobiscum in domo exceptis no-
 bis duabus. Dormiens est autem filius mulie-
 ris huius nocte. Dormiens quippe oppres-
 sit eum. Et confurgens in tempeste noctis
 silentio. tulit filium meum de latere meo au-
 cille tue dormientis. et collocauit in sinu
 suo: suum autem filium qui erat mortuus po-
 suit in sinu meo. Cumque surrexisset mane
 ut darem lac filio meo: apparuit mortuus.
 Quem diligenter inuicem clara luce depre-
 bendi non esse meum quem genueram. Respon-
 ditque altera mulier. Non est ita ut dicis:
 sed filius tuus mortuus est: meus autem ui-
 uit. Contrario illa dicebat. Venit. Fi-
 lius quippe meus uiuit. et filius tuus mor-
 tuus est. Atque in hunc modum contende-
 bat coram rege. Tunc rex ait. Hec dicit. Filius
 meus uiuit et filius tuus mortuus est. Et
 ista rident. Non: sed filius tuus mortuus est.
 meus autem uiuit. Dixit ergo rex. Afferre
 mihi gladium. Cumque attulissent gladium
 coram rege. diuidite inquit infantem uiuum
 in duas partes. et date dimidiam partem tui
 et dimidiam partem alteri. Dixit autem mu-
 lier cuius filius erat uiuus ad regem: con-

mora sunt quippe viscera eius super fi-
 lio suo. Obsecro domine. date illi infan-
 tem uiuum. et nolite interficere eum. Con-
 trario illa dicebat: Hec mihi nec tibi sit
 sed diuidat. Respondit rex et ait: Date
 huic infantem uiuum et non occidat. Hec
 est autem mater eius. Audiuit itaque omnis
 israel iudicium quod iudicasset rex. et timue-
 runt regem uidentes sapientiam dei esse in
 eo ad faciendum iudicium.

III.

Erat autem rex salomon regnans
 super omnem israel. et hi principes
 quos habebat. **A**riar filius
 sadoch sacerdotis heliozeph et abia
 filij sasa scribe. **J**osaphat filius abihud
 acōmentarij. **B**anaias filius ioiade sup
 exercitū. **S**adoch autem et abiatbar sacer-
 dotes. **A**riar filius nathā sup eos qui
 assistebant regi. **S**abud filius nathan
 sacerdos amicis regis et achisa preposi-
 tus domus. et adoniam filius abda super
 tributa. **H**abebat autem salomon duo
 decim prefectos super omnes israel qui
 prebebant annonam regi et domui eius.
Per singulos enim menses in anno sin-
 guli necessaria ministerabant. **E**t hec no-
 mina eorum. **B**enbur in monte effraim.
Bendechar in imaces et in salebim et in
 berthames et in belō et in berthanan. **B**e-
 nefeth in arabo. **I**psi enim erat so-
 cho. et omnis terra epher. **B**enab in a-
 dab cuius omnis nephador: **T**haphet fi-
 liam salomonis habebat uxorem. **B**a-
 na filius abihud regebat rhanach et ma-
 geddo et uniuersam berthsan que est iux-
 ta sarthana subter iezabel a berthsa us-
 que abelmeula e regione iecnaan. **B**en-
 gaber in ramoth galaad habebat auo-
 rthair filij manasse in galaad. **I**pse erat
 in omni regione argob que est in basan
 sexaginta ciuitatibus magnis atque mi-
 ratis que habebant feras etreas. **A**bi-
 nab filius addo preerat in manaim. **A**